Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 2. Rhætia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

VERAGRI *partie Occidentale du bas Valais.*	Quos Dio cum Nantuatibus confundit; extendit enim eos ad Lemanum vſque lacum.	Octodurus Veragrorum vicus: *Martinach*, ſeu *Martigni*. Summus Penninus, ſeu Pennini vertex, vbi Iupiter colebatur. Irridet eos Liuius qui à tranſitu Pœnorum dictum putat.
SEDVNI *partie Orientale du bas Valais.*	Ad quos Cæſar partem copiarum præmiſit ad facilem Alpium tranſitum, quoniam hàc nonniſi ægrè mercatores tranſibant, perſolutiſque magnis portoriis. Hîc Pennina Vallis.	Sedunum: *Sion en Valais*. Rhodanus Fl. cuius hîc validus occurſus, poſtea tamen leniter fluit: *le Rhoſne*.
LATOBRIGI *le haut Valais.*	Coniuncti cum Heluetiis in expeditione Cæſarianâ, coactique in agrum ſuum redire ſatis feracem: Hîc quoque Pennina vallis.	Latobriga: *Latbrige*, vicus.

§. 2. *Rhætia.*

Amplissima Prouincia extenſa ad Brigantinum lacum, Rheni Fontes, & Veronam vrbem. Quomodo diſcreta fuerit à Vindelicia, & quandonam huic coniuncta, atque ſeparata non eſt facile ſtatuere, ſiquidem auctores hîc variè loquuntur, & verò etiam repugnant ſibi. Nam cùm Tacitus Rhætos à Vindelicis diſtinxiſſet, ait Oenum Fl. inter Rhætos & Noricos decurrere, inſuper Auguſtam Vindelicorum nobiliſſimam Rhætorum Coloniam dixit. Origine fuerunt Thuſci huius Regionis incolæ, qui Rhæto duce eò commigrarunt Iuſtino teſte.

RHÆ-	TVLINGI, *partie*	Heluetiis in expeditionibus coniuncti: cur autem in Rhætiâ collocemus efficiunt oppida illorum, nunc Rhætorum præcipua. Refert Cæſar armaſſe eos xxxvi. millia, vnde colligitur amplos	Curia: *Coire*, ſeu *Chur*. Clunia: *Felat Kirchen*. Tinnetio: *Tinnezono*, ſeu *Tintſchē*. Taxgætiũ: *Taueſch* Rheni fōs duplex,

	des Gri-ſons.	eorũ fuiſſe fines. Iis poſtea ſublatis tota hæc Regio Rhętis ceſſit.	Sarvnetes populi, aliis *Sargans,* aliis *Diſſentis.* Vennones in valle Tellina vixere, vbi Tellium vrbs.
TIA	RHÆTI PROPRIE DICTI, *l'Eueſché de Trente, l'Eueſché de Brixen, Comté de Tirol, le Veronois, & le Feltrin.*	Apud Dionyſium Afrũ dicuntur Gerræ, quam vocem ſeruarunt eius interpretes Auienus & Priſcianus manifeſto errore, vt oſtendit Cluuerius.	Verona caput Rhætorum: *Verone.* Tridentum vnde Alpes Tridentinæ: *Trente.* Brixino caput Brixantum, ſeu Brixantarum: *Brixen.* Terioli: *Tirol.* Veldidana: *Vilten.* Feltria: *Feltre.*

§. 3. *Vindelicia.*

Ostendimvs ſuprà Rhætiam à Vindeliciâ apud quoſdam ſcriptores aliquando ſeparari, aliquando cum eâdem confundi. Hanc porrò ſeparatam à Rhætiâ fuiſſe partem veteris Illyrici oſtendit Cluuerius cap. 1. libelli quem ſcripſit de Vindeliciâ & Norico, ſicut & partem veterum Tauriſcorum, repugnante licèt Plinio, qui cap. 23. lib. 3. manifeſtè Tauriſcos à Rhætis & Vindelicis diſtinguit. Videtur à Fl. Vindone nomen habere Vindelicia.

POPVLI	BRIGANTII ab oppido, ſeu lacu. *partie de l'Eueſché de Conſtance, le Rhegou, partie d'Algou, & quelques dependances du Tirol.*	Brigantivm: *Bregentz,* ad lacum cui nomen dedit. Vemania: *Vvangen.* Viaca, ſeu Vicus Ptol. *Vvagek.* Cælius Mons: *Kelmuntz*, vicus non procul ab oppido, *Munchrot.* Iuliomagus: *Dutlingen.* Brigobanna: *Beyen.*
	ESTIONES	Cambodvnvm, caput Eſtionum Straboni, Cambidunum in Not. *Kampten*, vel *Kambten.* Guntia: *Guntzburg*, ad Guntiæ